


Hdx

85



H. Schindler
2000

ESSENTIA
LINGVÆ
ITALICÆ

Modernè
ROMANÆ

JO. JAC. WALTHERI,
ERFURTO - THU-
RINGI.



M DC XC.





1947 g 8072





Italicoglottophilos

Lectori

S.

T*Ria Verba Amicitiam infucam firantia longè multumq; præstant tribus totis paginis fucum redolentibus. Pariratione libellus accuratâ succinctâque methodo tribus pagellis fideliter conscriptus plurimû antecellit maximis Voluminibus prolixè & à quodam confectis. Ob exquisitissimam ejusmo-*

A a

di

di sui brevitatem omni lau-
 de cumulandum est Com-
 pendiolum Domini JO-
 HANNIS JACOBI WAL-
 THERI Erfurto-Thurin-
 gi, Philomusi ac inter Mu-
 sicos precipuos Virtuosi
 excellentissimi, sub Titulo
 Essentiae Linguae Italicae
 modernè Romanae, Romae
 1672. excusum, quod cum
 haud pauci Linguae istius
 optima, suavissima, utilis-
 sima, inque Aulis Princi-
 pum hodie praerimis acce-
 ptissima Amatores non desi-
 derent solum, sed etiam po-
 scant & flagitent, molestis
 Amicorum precibus, quò
 Typographo denuò excu-
 dendum

dendum traderem, addu-
 ctus sum, ut omnes Linguae
 dictae Amatores cujuscun-
 que Sexus hominumque
 generis, conditionis atque
 fortuna, copiam Compen-
 dioli Grammatici modernè
 i. e. genuinè, purè, nitidè-
 que Romani Idiomatis ha-
 bere possint. Ego opuscu-
 lum dignum censeo, quod
 & omnibus Ludis pra-
 legant Adolescentiae Lite-
 ratores, & sibi legant re-
 legantque Senes. Tu verò
 L. B. invenies in libellò
 denuò recens editò Lin-
 guam Italicam tanquam in

Nuce, ut & ipse habeas,

A 3

quò

5(6)50


quò te oblectes, tibi que &
proximo prodesse queas.
Vale.



ESSEN-

ESSENTIA LINGVÆ ITALICÆ

modernè
ROMANÆ.



De Numero & Pronunciatione literarum.

UTUNTUR Itali viginti literis;
quinque vocalibus, *a, e, i, o, u,*
reliquis consonantibus, *b, c, d,*
f, g, h, l, m, n, p, q, r, s, t, z.

Consonantium pronuntiatio eadem est, quæ apud Latinos & Germanos.

Excipe C: & G.

C. pronuntiatur à Romanis, tanquam *tsche* à Germanis, lingua palatum oris, ubi simplex fuerit, fortiter: ubi geminatum, fortiùs comprimendo, ut: *cena, aceto: tschena, atsche-*

Λ 7

191



g, accentu, accidente; *attschento*,
attschidente. Retinet hanc pronun-
tiationem ante *e*, & *i*, tantum, ante *h*.
enim & reliqvas literas, profertur
ut *K. che, chi, casa, con, cura*:

Ke. ki, kasa, kon, knra.

G. differt à *c.* quod illud, palatum
oris lingua fortiter premendo; ut mo-
dò diximus, hoc autem levisimè col-
lidendo pronuntietur, paulò lenius
quam *dsche* Cermanorum, ut: *gente*,
regina; *dschen te, redschina*; *prog-*
gia peggio; tanquam *piodscha, pedscho*.
Retinet pariter hanc pronuntiationem
ante *e* & *i*, ante reliqvas imita-
tur Germanos, non tamen eos, maxi-
mè Colonenses, qui inter *g.* & *i.* con-
sonantem, exiguam aut nullam ex-
primunt differentiam.

EXCIPE.

G. ante *l.* sequente *i*, ut: *gli, egli*:
exprimenda tanquam *l-ij. el-ii*, ut
primum *i.* fiat consonans.

Eòdem modò *g.* ante *n.* sequente
vocali, ut: *signore, degno, cognosco*,
tanquam

tanquam *sin-tore*, *den-io*, *con-iofco*,
 quæ omnia vivâ docentis voce melius
 exprimuntur.

H.

H. numero literarum ab Italis otr-
 osè connumeratur, cùm iis juncta
 nec aspirationem, nec quidquam ope-
 retur, ac si locò *honore*, *hauere*, scri-
 beretur *onore*, *auere*. Solum postpo-
 situm literis *c.* & *g.* ante *e.* vel *i.* mutat
 earum pronunciationem, ut paulò
 ante diximus.

De Vocalibus.

A & *u.* sonant sicut apud Lati-
 nos.

i. cùm fit consonans, assumit lite-
 ram *g.* ut *Giesù*, *Gionanni*, *Jesus*, *Jo-*
annes.

E. & *o.* aliquando magis, aliquando
 minus apertè proferuntur, quod cùm
 non nitatur præcis regulis, ex usu
 loquendi melius observabitur.



De Diphthongis.

EX Vocalibus fiunt sequentes
Diphthongi.

ai.	<i>mai</i>	nunquam.
au.	<i>aurora.</i>	aurora.
ei.	<i>coles.</i>	illa.
ia.	<i>pianta.</i>	planta.
ie.	<i>heri.</i>	heri.
ij.	<i>tempij.</i>	templa.
io.	<i>pioggia:</i>	pluvia.
iu.	<i>fume.</i>	flumen.
oi.	<i>poi.</i>	postea.
ue.	<i>guerra.</i>	bellum.
ui.	<i>guida.</i>	dux.
uo.	<i>huomo.</i>	homo.

Nonnulla etiam ex tribus vocalibus] ut *guai, miei, tui, sui, figliuolo, Paolo &c.*

De Articulis.

Articuli alii dicuntur definiti, alii indefinti.

Definiti. *il, lo, la.* quibus nomina determinata per casus & numeros declinantur.

Inde-

Indefiniti. *di, à, da,* numero & genere immutabiles, serviunt nominibus propriis urbiū, mensū, pronomi-
 bus, personalibus, primitivis & demonstrativis in casibus obliquis utriusque numeri.

PARADIGMA
Articulorum definitorum.

il masc. & la fœm.

Num. sing.

Dominus.

Domina.

Nom. il

la

Gen. del

della

Dat. al Signore

alla Signora

Acc. il

la

Abl. dal

dalla.

Num. Plur.

N. li i

le

G. delli, dei, de'

delle

D. alli, ai, a' Signori

alle Signore.

A. li i.

le

A. dalli, dai, da'

dalle.

Articuli definiti *il, & lo* masculini, non differunt inter se, nisi quod *il,* tribuatur nominibus a consonante, *lo* autem a vocali inchoatis, assumpta

A

loco

loco *o*, nota apostrophi, de quo infra dicemus, vel inchoatis à duabus aut pluribus consonantibus, quarum prima sic *f*. ut: *l'amore lo stivale*. In plurali autem nunquam patitur elisionem aut apostrophum nisi sequatur vocalis *i*, ut *gli amori, gl'incendij*.

Sing.

N. lo	l'
G. dello	dell'
D. allo studio	all' Amore
A. lo	l'
A. dallo	dall'

Plur.

N. gli.	
G. degli.	
D. agli studi.	Amori.
A. gli.	
A. dagli.	

PARADIGMA.

Articuli indefiniti sing. & plur. numeri.

N.	
G. di	
D. à Pietro, questo &c.	
A.	
A. da	

Hic

Hic articulus indefinitus, ut supra diximus, servit Nominibus propriis, urbium, mensium, pronominiibus personalibus primitivis & demonstrativis, idem in utroque numero.

Articuli definiti *lo, la, li, le*, accusativi casus sing. & plur. numeri absolute positi gerunt vices pronominum personalium *lui, lei, loro*. ut infra dicemus de pronominiibus.

De genere & Terminatione Nominum.

GENUS Italorum dividitur in masculinum, ad quod etiam refertur neutrum latinorum; in foemininum, & commune, quæ nominibus tribuntur secundum cujusvis vel significationem vel terminationem ad arbitrium institutorum.

Omnia ferè nomina & vocabula apud Italos desinunt in Vocalem, exceptis paucis nominibus propriis, articulis, & præpositionibus monosyllabis.

A.

Desinentia in a, sunt foeminina.
& formant pluralem in e, ut: *la rosa,*
rosa, le rose, rose.

EXCIPE.

Nomina propria & appellativa vi-
rorum, ut: *Seneca, Papa, Duca, Le-*
gista, Artista, quæ sunt masculina, &
formant pluralem in i. ut: *Papi,*
Duchi, &c.

Notata accentu in ultimâ sunt fo-
eminina, & retinent eandem termi-
nationem in utroque numero, ut:
La città, gravità; le città, le gra-
vità.

Terminata in a, quæ penultimo
loco habent c. vel g, in plurali affi-
munt h, ut: *formica, formiche, ami-*
ca, amiche. piaga, piaghe.

E.

Desinentia in e, sequuntur plerum-
que genus latinorum, a quorum abla-
tivis desumunt nominativum, ut: hic
mons *il monte,* pons *ponce,* finis *sine,*
hæc mens *la mente,* pars *parte,* ars
arte.

EX-

EXCIPE.

Sequentia quæ recedunt à genere Latinorum masculino, in fœmininum, *Lacarcere, la cenere, la poluere, la fune.*

Lume sine, fonte, recipiunt utrumque articulum *lo & la* ad libitum.

Omnia terminata in *e* habent pluralem in *i*. ut: *monte, monti, ponti, fini, menti, parti, arti.*

Excipe *specie, effigie, superficie, Rè,* & reliqua notata accentu, quæ remanent eadem in singulari & plurali.

I.

Definentia in *i*, sunt partim nomina virorum, ut: *Giovanni, Ruggieri, Santi,* masc. partim locorum & Urbium, ut: *Parigi, Tunisi, Napoli, Tivoli,* masc. potius quàm fœminina; partim familiarum, ut: *Savelli, Orsini, Salviati, Altieri,* quæ sunt communia, & partim adjectiva, ut: *ogni pari, parecchi.*

Pari, sing. & plur. numeri, est commune, ut: *Un mio pari, una mia pari,*
i pa-

i pari nostri, le pari nostre, mex, nostra conditionis.

Parecchi masc. in foeminino parecchie: multi, multæ, caret singulari.

Ogni, omnis: est commune, in plurali, tutti, tutte.

Di, dies, & omnia ex eo composita, ut: Lunedì, Martedì, Mercoledì, Giovedì, Venerdì, sunt masculina.

O.

Desinentia in o. sunt masculina, & formant pluralem in i. ut: Libro, libri, liber.

EXCIPE.

Nomina mulierum, & substantivum mano, in plur. mani, foeminina,

Et sequentia. quæ licet in singulari terminentur in o. & sint masculina, pluralem tamen formant in a, & fiunt foeminina.

<i>sing.</i>		<i>plur.</i>
<i>il braccio,</i>	<i>le braccia</i>	<i>brachium</i>
<i>budello</i>	<i>budella</i>	<i>intestinum</i>
<i>centinaro</i>	<i>centinara.</i>	<i>centenus</i>
<i>ciglio</i>	<i>ciglia</i>	<i>supercilium</i>
<i>corno</i>	<i>cornu</i>	<i>cornu</i>

di-

<i>dito</i>	<i>dita</i>	<i>digitus</i>
<i>filo</i>	<i>fila</i>	<i>filum</i>
<i>foglio</i>	<i>fogia</i>	<i>folium</i>
<i>ginocchio</i>	<i>ginocchia</i>	<i>genu</i>
<i>grido</i>	<i>grida</i>	<i>clamor</i>
<i>labro</i>	<i>labra</i>	<i>labrum</i>
<i>lenzuolo</i>	<i>lenzuola</i>	<i>lintheum</i>
<i>legno</i>	<i>legna</i>	<i>lignum</i>
<i>melo</i>	<i>mela</i>	<i>pomum</i>
<i>membro</i>	<i>membra</i>	<i>membrum</i>
<i>miglio</i>	<i>miglia</i>	<i>milliare</i>
<i>mille</i>	<i>mila</i>	<i>mille</i>
<i>muro</i>	<i>mura</i>	<i>murus</i>
<i>orecchio</i>	<i>orecchia</i>	<i>auris</i>
<i>osso</i>	<i>ossa</i>	<i>os</i>
<i>ovo</i>	<i>ova</i>	<i>ovum</i>
<i>paro</i>	<i>para</i>	<i>par</i>
<i>rifo</i>	<i>rifa</i>	<i>rifus</i>
<i>rubbio</i>	<i>rubbia</i>	<i>modius</i>
<i>vestigio</i>	<i>vestigia</i>	<i>vestigium.</i>

Illa quorum o finale præcedit c. vel
g. pleraque in plurali assument h, ut:
arco, archi, areus ago, agbi, acus.

Excipe sequentia.

<i>amico</i>	<i>amici</i>	<i>amicus</i>
<i>astrologo</i>	<i>astrologi</i>	<i>astrologus</i>

cano.



canonico	canonici	canonicus
cattolico	cattolici	catholicus
greco	greci	græcus
medico	medici	medicus
mendico	mendici	mendicus
monaco	monaci	monachus
porco	porci	porcus.

V.

Definentia in u notantur accentu in ultima, & sunt foeminina, permanent eadem in singulari & plurali, ut: *la Virtù, la ser vitù, le Virtù, le ser vitù*; praeter *Giesù, Perù*, quæ sunt masculina.

De motione nominum ex Latinis in Italica.

NOMINA latinorum in *as* & *us*, tertia declin. quorum genitivi terminantur in *atis* & *utis*, fiunt Italica, sublata ultima litera *s*, & imposito accentu gravi, ut: *castitas castitatis, castità*; *paritas, parità*; *paternitas paternità*; *Veritas, Verità*, *Virtus virtutis, Virtù*; *ser vitù*.

Adjectiva Latinorum in *is*, definiendo



nendo in e, sunt Italica, ut brevis, bre-
ve, facilis facile, similis simile.

Exceptis modo dictis, pro regula
generali observetur, ab ablativis La-
tinorum secundæ & tertiæ declinatio-
nis, desumi frequentissimè Italicorum
nominativum, ut: amicus amico, bo-
nus bono vel buono, vinum vino; pars
parte, frons fronte, finis sine, amans
amante, consuetudo consuetudine,
amor, amore, & sic de innumeris.

Tempus autem non tempore sed
tempo, cor non corde sed cuore, san-
guis non sanguine, sed sanguine.

*De motione Substantivo-
rum ex masculinis in
fœminina.*

Substantiva mobilia de masculinis
ad fœminina, sunt partim Natio-
num, partim Dignitatum, partim A-
nimalium nomina.

Nationum

Romano a,

Romanus, a.

Vene-

Venetiano a. Venetus, a.
Neapolitano a. Neapolitanus, a.

Definitia in e, seruiunt utrique
generi,

Tibolise Tiburtinus
Braccianese Braccianensis
Veronese Veronesis a.

Officiorum.

Ferraro a. Faber
Calzolaro a. Sutor
Sartore a. Sartor,

Dignitatum

Imperatore Imperatrice.
Re Regina
Duca Duchessa
Marchese Marchesa
Principe Principessa
Conte Contessa.

Animalium.

somaro a. asinus a
cavallo a. equus a.
gatto a. felis.

De genere & motione Ad-
jectivorum.

Adjectiva in o sunt masculina,
transeunt ad fœminina, muta-

to

to o in a, ut: bello bella, caro
cars.

Terminata in e. sunt communia,
& formant pluralem in i. ut: il & la
grande, felice, facile, amabile, simile,
amante, in plur. li & le grandi, fe-
lici.&c.

Adjectiva sunt Substantiva præpo-
sitis articulis definitis il vel lo, ut: à
chi piace il dolce, à chi l'amaro.

De Accentu.

Accentu uotantur in Ultima.

I.

Omnia Verba monosyllaba per
omnia tempora & personas in quibus
remanent monosyllaba, ut: cò, dò, stò,
fò, & à, dà, stà, fà, è, fù, hò, hà, sò, sà.

II.

Desinentia in à & ù, derivata à La-
tinis in us & us, ut: bontà, carità, pi-
età, virtù, gioventù, bonitas, chari-
tas, pietas, virtus, iuventus.

III.

Adverbia, qui. li, costì, sù, giù,
quà, là, costà, colà, già, mà, trà, frà,
però

però, perciò, ne, si, no, o, a, più

IV

Tertiaz personaz singulares præteritorum simplicium. quorum prima desinunt in *ad, ei, ij.* & *ui*, ut: *amam, amò, godei, godè, sentiij senti, fui su.*

V.

Primæ & tertiaz personaz futuri omnium verborum, ut: *amerò, amerà, goderò, goderà, sentirò, sentirà, farò, farà, potrò, potrà.*

*De Elisione Vocalium
& Apostropho.*

ELiduit Itali vocalem ante vocalem, relicta elisionis nota, quæ dicitur Apostrophus.

I.

In articulis *la lo le li*, per omnes casus utriusque numeri, ut: *l'anima, l'amico, l'indulgenza*, excepto plurali articuli *lo*, qui non patitur elisionem nec Apostrophum, nisi sequatur vocalis *i*. ut: *gli amori, gl' inco-*
medi.

II.

II.

In particulis pronominalibus & adverbialibus *mi, ci, ti, si, si, di, ne, chi, che*, ut: *m' accorgo, c' invita, s' insendo, s' inganna.*

NOTA.

Particulæ negativæ *ne, nec*, & præpositionis *da, à* vel *ab*, apud omnium, que monosyllaborum accentu notatorum, vocalem ante vocalem non elidi.

Particulam autem *à*, sive sit præpositio ùve articulus non solum non elidi ante vocalem, sed assumere literam *d*, ut: *ad Antonio, ad ogni modo*, pro *à Antonio, à ogni modo.*

III.

In pronomibus demonstrativis & relativis, adjectivis, & quibusdam adverbis, *questo, quello, costesto, quale, tale, bello, grande, tanto, quanto, male, bene, poco, molio, fino, sino, Quest' ingrato, costest' arda, qual' eccesso, tal' incontro, bell' amante, grand' ardire, molt' illustre,*
quasi

quant' amore, tant' incommodo, fin' adesso, fin' à domani.

OBSERVANDUM.

Illæ quorum vocalem finalem præcedit litera *l*. tam ante consonantes quam vocales amittere vocalem, ut: *miserabil' vita, inconsolabil' amante, flebil' concerto*; & pati Apostrophum ante vocalem tantum, ut: *inconsolabil' amante, promiserabile vita, inconsolabile amante.*

Ubi occurrit duplex *ll*, ante vocalem finalem, sequente consonante, amittitur postremum, una cum vocali, ut: *bel' casallo, quel' favore.*

Sequente duplici consonante, quarum prima sit *s*. illæsa remanent, ut *bello studio.*

Sequente autem Vocali sola vocalis transit in Apostrophum, ut: *quell' amico, bell' incontro.*

Adjectivum *buono*, adverbia *bene* & *male* præposita nomini vel Verbo, tam ante vocalem, quam consonantem solent amittere vocalem, ut: *buon*

buono.

Vino, ben amaro, ben dolce, mal tenuto.

Postposita autem, sequente virgula vel interpunctione, eam retinent, ut: *Vino buono, amaro bene, dolce bene, tenuto male.*

Adjectivum *grande*, sequente consonante, rejicit ultimam syllabam; ut: *gran caso, gran Signore*, sequente vocali, solam vocalem mutat in apostrophum, ut: *grand' ardore, grand' incommodo.*

Definentia in ore.

Quæ desinunt in ore, desumpta plerumque ab ablativis Latinorum in tertix declin. ante adjectiva vel pronomina iis connexa, elegantias amittunt ultimam vocalem, sequente autem virgula vel interpunctione integra remanent, ut: *O ardor stupendo del Diavolo amore, o amor immenso del Redentor nostro Signore, o stupendum Divini Amoris ardorem, o immensum Domini nostri Redemptoris amorem.*

NOTA.

Literam *h*, non impedire elisiones vocalium, nec annotationes apostropho,

B

Stropho,

strophis, ut: *questi* è quell' *huomo*
tant' honorato, *ch' habbiamo sperimentato*
così buon difensor del nostr' honore.
 Hic est ille vir tam honoratus
 quem aded bonum honoris nostri de
 fensorem experti sumus.

Usus hujusmodi elisionum olim
 frequentior, apud recentiores notabi
 liter abolefcit.

De mutatione Conso-
nantium.

C. vel *p.* Latinorum ante *r.* apud
 Italos mutatur in alterum *r.*, ut
Octo, otto, aptus, atto, conceptus
conchetto, coctus, cotto.

b. ante *f.* in alterum *f.* ut: *absolvo*
affolvo, observo, offervo.

l. post *c.* vel *p.* in *r.* ut: *plaga, pi*
ga, plenus, pieno, pluma, prima, cla
so, chiufo, clavis, chiafo.

x. Latinorum mutant Itali in m
 dio dictionis in duplex *ff.* ut: *Alexa*
der, Alessandro, connexus, connex
Alexius, Alessio.

In principio dictionis in simplex

ut: expertus *esperto.*

Aliquando in *c.* ut excellens, *eccel-*
lente, exceptus *eccetto.*

In fine dictionis aliquando in du-
plex *gg.* ut: *lex, legge, grex, gregge.*

Aliquando in *c.* simplex, ut: *vox*
Voce, nux voce. crux croce, lux luce,
pax pace.

Rex autem *Rè, nox notte, fex fec-*
cia.

De gradibus compara- tionis.

GRadus comparativus formatur à
positivo addito adverbio *più* vel
meno, plus, minus, ut: *dolce, più dol-*
ce; dulcis dulce, dulcior dulcius, a-
maro, meno amaro, amarum, minus
amarum.

Sequentes comparativos mutua-
mur à Latinis; *maggiore, minore me-*
gliore, vel meglio, peggiore vel peggio,
superiore, inferiore.

Superlativus Itatorum definit in
issimo, ut: *grandissimo, bellissimo, ma-*
ximus, pulcherrimus.

B z

Melius

Melius tamen expllcatur per comparativum præpositis articulis definitis. ut: *il più grande, il più bello, maximus, pulcherrimus omnium.*

De Augmentativis, Diminutivis, & Vituperativis.

Augentur Italorum nomina per additionem, particulæ *one*, ut: *libro, librone, somaro, somarone*, suntque masculina, etiam derivata à foemininis, ut: *la campana, il campanone, la fontana, il fontanone.*

Diminuuntur per particulas.

<i>ino.</i>	<i>putino,</i>	<i>casino.</i>
<i>ello.</i>	<i>somarello,</i>	<i>campanello,</i>
<i>etto.</i>	<i>ragazzetto.</i>	<i>bariletto.</i>
<i>uccio.</i>	<i>iacomuccio.</i>	<i>ca&alluccio,</i>
<i>uolo.</i>	<i>huomicciuolo,</i>	<i>figliuolo.</i>

Vituperantur per particulam *accio*, ut: *ca&allaccio, libraccio*, mutantur in foeminina mutato *o. in a.*

De

De Pronominibus Personalibus seu Primitivis.

PRonomina primitiva declinantur articulo definito, ut sequitur,

Num. Sing.

	<i>Ego</i>	<i>Tu.</i>
N.	io	tù.
G.	di me	di te
D.	a me, mi	a te, ti
A.	me, mi	te, ti
A.	da me.	dà te.

Plur.

	<i>Nos.</i>	<i>Vos.</i>
N.	noi.	voi.
G.	di noi.	di voi.
D.	à noi, ci.	à voi, vi.
A.	noi, ci.	voi, vi.
A.	da noi.	davoi.

Num. Sing.

	<i>Ille.</i>	<i>Illa.</i>
N.	lui, egli.	lei, ella.
G.	di lui.	di lei.

D. à lui, gli.	à lei, le.
A. lui, lo.	lei, la.
A. da lui.	da lei.

Plur.

N. loro	loro
G. di loro, loro.	di loro, loro.
D. à loro, gli	à loro, le
A. loro, li.	loro, le
A. da loro	da loro.

Genitivi hujus primitivi tertiæ personæ, maximè pluralis numeri, positi inter articulum definitum & substantivum eleganter omittunt articulum *di*; ut: *Tibi non lodarebbe la loro modestia?* Quis non laudaret illorum vel illarum modestiam, pro *la di loro modestia*.

Reciprocum *Se*.

Sing. & Plur.

N. caret.
G. di se.
D. à se, si.
A. se, si.
A. da se.

Articulo indefinito pariter declinantur pronomina.

De-

Demonstrativa.

colui, colei,	coloro, ille
costui, costei.	costoro,
quello, a,	quelli, e
esso, a.	essi, e,
cotesto, a,	cotesti, e,
questo, a,	questi, e, <i>hic.</i>
cio, <i>singulare tantum.</i>	<i>hoc.</i>

Interrogativa.

chi?	quis?
che?	quid?
quanto?	quantum?
quale?	qualis, quale?

Relativum.

che, qui, qua, quod.

*Et sequentia Pronomina, qua ca-
rent Plurali.*

altri	alii.
altrui	
ninno, a.	nemo quisquam.
nessuno, a.	
veruno, a.	
ciascuno, a.	quilibet
ciascheduno, a.	
ogn'uno, a.	



alcuno, *habet plural. aliquis.*

NOTA.

Mutari eleganter Dativos & Accusativos pronominum primitivorum, in particulas *mi, ti, ci, si, gli, li, lo, la,* præponique semper verbis, ut: *mi scrive, si dico, lo confesso, ci dispiace, si lamenta, la viddi e tacqui.* Vidi eam & tacui. *L'amo perche lo merita, amo eam, quia meretur.*

EXCIPE.

Imperativum & Infinitivum quibus immediatè postponuntur, ut: *Scrivemi, scrivetegli, lamentarsi, rallegriamoci, de vo lodarla, perche lo merita.*

Cum autem personam expressè determinamus, hæ particulae non servantur, ut: *chiamano voi, non me, scriveremo à loro non à te.*

Particulae *mi, ti, ci, si, si,* sequente particula *ne,* vel articulis *lo, la, le, li,* mutant *i* in *e,* ut: *mene lamento, celo confervi, te la raccomando, & la goderete.*

Gli autem non mutantur in *e.* sed conjungitur iisdem, interposita litera

e, ut: gliene scriverò, glielo auviso
 ferviens utrique generi, potius tamen
 foeminino.

*De Pronominibus pos-
 sessivis.*

Possessiva declinantur articulis de-
 finitis ut sequitur.

Num. Sing.

<i>Meus,</i>	<i>meum,</i>	<i>Mea,</i>
N. il,		la,
G. del,		della,
D. al mio,		alla mia,
A. il,		la,
A. dal,		dalla,

Plur.

<i>Mei,</i>	<i>mea,</i>	<i>Mea,</i>
N. i,		delle,
G. de'i,		delle.
D. a'i miei,		alle mie,
A.		le,
A. da'i,		dalle.

Eodem modo.

tuo tuoi,	tua, tue,
suo suoi,	sua sue,
nostro nostri,	nostra nostre,
vostro vostri,	vostra vostre,

B 5

Pro



Pronomina possessiva præposita nominibus, affinitatem, vel dignitatem significantibus, eleganter omitunt articulus in casu recto, ut: *mio padre, Vostra sorella, suo fratello, Vostra Maestà, V. Santità, V. Eccellenza, V. Altezza, V. S.* In obliquis utuntur articulo indefinito, *di, à, da*, ut: *di mio padre, à Vostra sorella, da V. Maestà, di V. Eccellenza &c.*

Postposita verò, requirunt articulum determinatum seu definitum, ut: *al padre mio, la Maestà V, dell' Eccellenza V. dalla Santità V.*

Possessivum *suo, sua, suoi, sue*, tribuitur unisoli possessori, ut: *Pietro hà finito li suoi studi*; pluribus autem, possessivum *loro*, genitivi casus pluralitatis numeri, ut: *Pietro, Paolo, & Andrea hanno finito, &el finiti i loro studi.*

Declinatio Pronom.

Relativi

Quale,

Qualis, e, &el, qui, qua, quod.

Sing.

N. il

la,

G.

G. del della,
 D. al quale, alla quale,
 A. il, la,
 A. dal dalla,

Plur.

N. i, le,
 G. de'i, delle,
 D. a'i quali, alle quali,
 A. i, le,
 A. da'i, dalle.

Eodem modo, *tale talis, istesso, medesimo, idem. Relativum,*

Che

qui, quae, quod.

Sing. & Plur. numeri.

N. che, *qui, quae, quod.*
 G. di cui, cui,
 D. a cui,
 A. che,
 A. da cui,

Nota genitivos relativi *quale,* postponi substantivis, ut: *speriamo in Dio la misericordia del quale è infinita.*

Cui autem poni inter articulum & substantivum, ut: *la de cui, & ei la*



chi misericordia è infinita, omettendo
elegantemente in genitivis articulum *di*,
ad imitationem pronominis *lui* vel
egli de quo supra.

chi ille qui,

Chi, Relativum tantum ad perso-
nas, continet sub se etiam pronomen
ad quod refertur, idem quod *quello il*
quale, præmisso in obliquis articulo
indefinito pronominis, in casu eidem
debito, ut sequitur.

N. <i>chi</i> ,	<i>quello</i> ,
G. <i>di chi</i> ,	<i>di quello</i> ,
D. <i>a chi</i> ,	<i>à quello il quale</i> ,
A. <i>chi</i> ,	<i>quello</i> ,
A. <i>da chi</i> ,	<i>da quello</i> .

Il premio si deve à chi lo merita, pro si
deve à quello il quale lo merita; Illi qui
meretur debetur præmiu, a gloria del
paradiso sarà di chi disprezzarà le vani
tà del secolo, pro sarà di quello il qua-
le disprezzarà &c. Gloria Paradisi erit
illius, qui spernet vanitates seculi.

Tutto.

Tutto, totum, absolutè positum
tanquam substantivum, declinatur
per articulum definitum in singulari
tantum,

Adje.

Adjectum autem substantivo *tutto*, *a*, significans in singulari totus, *a*, um. in plurali *tutti*, *e*, omnes, declinatur per indefinitum, requiritque post se immediate articulum determinatum cum substantivo, mutabilem quoad numerum tantum, ut:

Sing.

Totus liber.

Tota domus.

N. tutt' il libro,

tutta la casa.

G. di tutt' il libro,

tutta la casa.

D. à tutt' il libro,

tutta la casa.

A. tutt' il libro,

tutta la casa,

A. da tutt' il libro,

tutta la casa.

Plur.

Omnes libri

omnes domus.

N. tutt' i libri

tutte le case,

G. di tutt' i libri

tutte le case,

&c.

De Verbis Auxiliariis.

Auxiliaria dicuntur hæc duo, *Have* & *Essere*, eò quod reliqua verba Itatorum uti & Germanorum, sine illorum auxilio inflecti nequeant, conjugantur sequenti ordine.

B 7

Indis

Indicativi Praesens.

Habeo

Sum.

Sing.

Io hò,	Sono,
tu hai,	sei,
lui hà,	è,

Plur.

noi habbiámo,	siámo,
voi havéte,	féte,
loro hauno,	sono.

Conveniunt Itali cum Germanis, tribuendo non nunquam unisoli personæ, secundam pluralis numeri, ut: *Gresu voi sete il mio cuore; Jesu tu es cor meum. Figliuolo, voi sete la rousina di questa città. Fili tu es pernicies hujus Urbis.*

Imperfectum.

Habebam,

Eram,

Sing.

Havévo,	ero,
havévi,	eri,
havéva	era,

Plur.

havevámo,	eravámo.
-----------	----------

havé-

havevate, eravate,

havevano, erano.

Perfectum simplex,

habui. fui.

Sing.

hebbi, fui,

havesti, fosti,

hebbe. fù,

Plur.

havemmo fummo

haveste foste

heberò furono.

Perfecto simplici utimur cum de tempore elapso, & remoto loquimur, ut: *settimane, mesi, anni sono, fui à Roma, & hebbi gran fortuna.*

Sequenti autem, quod dicitur compositum, quia componitur ex praterito participii & verbo auxiliari, cum de tempore proximè elapso agitur, ut: *hoggi, poco fa, sono stato, & hò havuto.* vel quando per pronomen demonstrativum *questa* determinatur tempus, sive sit propinquum, sive remotum, ut: *questa mattina, questo mese, quest' anno sono stato, hò havuto.*

Perf.

Perf. compositum.

habui

fui.

Sing.

hò

sono

hai havuto

sei stato, a.

hà

è

Plur.

habbiamo

fiamo

havete havuto

sete stati, e.

hanno

sono

OBSERVANDUM.

Participium verbi *habere* & omnium illorum, quæ utuntur ejus auxilio, in præteritis compositis, non convenire cum nominativo agente, nec in genere, nec in numero, ut *Anna hà amato*, & non *amata*, *li Signori hanno temuto*, non *temuti*, *le donne hanno havuto*, non *havute*; concordare autem posse eleganter cum accusativo patiente, ut: *Pietro hà amata la Vittu*, *Anna hà havute disgrazie*, *li Signori hanno amati li vitii*.

Verbum *sono*, & illa quibus auxiliatur, in præteritis compositis concordandum esse cum nominativo agente,

in

in genere & numero, ut: *Pietro è stato. Anna è stata, le donne sono state, li Signori sono stati.*

Plusquamperfectum.

habueram fueram.

Sing.

havevo	ero
havevi havuto,	eri stato, a,
haveva	era

Plur.

havevamo	eravamo
havevate havuto	eravate stati,
havevano	erano

Futurum.

babebo ero.

Sing.

havrò,	farò.
havrai	farai
avrà,	farà,

Plur.

havremo	faremo
havrete	sarete
avranno	faranno.

Imperativi Praesens.

habe esto

Sing.

habbi tu,	sii tu.
	habbia



habbia lui fia lui.

Plur.

habbiamo noi siamo noi,

habbiate voi fiate voi,

habbiano loro fiano loro.

Futurum.

habeto tu, esto tu.

Sing.

havrai tu farai tu

havrà lui farà lui.

Plur.

havremo noi faremo noi

havrete voi farete voi

havranno loro faranno loro.

Optativi & Subjunctivi

Præsens.

habeam Sim

Sing.

habbia fia

habbi fi

habbia fia

Plur.

habbiámo siamo

habbiate fiate

habbiáno fiano.

Imp.

Imperf. primum seu conditionale
haberem essem.

Sing.

havesfi	fusfi
havesfi	fultfi
havesse	fusse.

Plur.

havesfimo	fusfimo
havesse	fulle
havesfiero	fulfiero.

Imperf Secundum.

Sing.

havrei	farei
havresti	faresti
havrebbe	farebbe

Plur.

havremmo	faremmo
havreste	faresti
havrebbero	farebbono.

Imperfectum primum dicitur conditionale, quia tribui ut adverbis conditionalibus, *se, benche, che, ancor che, non ostante che, &c.* cui subjungitur imperfectum secundum, tanquam conclusio conditionis tacitæ vel expressæ, ut: *se havessi miglior fortuna, non sarei in queste miserie, si haberem*



berem meliorem fortunam, non es-
sem in his miseriis.

Eodem modo seruiunt hæc duo im-
perfecta optanti sine adverbio utinam
vel simili, ut: *havesse così denari,*
come usaprei spendere pro Dio volesse
che avesse così, &c.

Utuntur etiam Itali imperfecto se-
cundo, cum aliquid ex aliquo qua-
runt, ut: *havesse per sorte veduto*
il mio compagno; Vidicne meum lo-
eium. pro ha veduto per sorte &c.

Plusquamperf. I. seu conditionne.

habuiffem *fuiiffem.*

Sing.

<i>havesfi</i>	<i>fufi.</i>
<i>havesfi havuto</i>	<i>fufi ftato, a.</i>
<i>havesfe</i>	<i>fufie</i>

Plur.

<i>havesfimo</i>	<i>fufifimo</i>
<i>havesfe havuto</i>	<i>fufie ftati, e.</i>
<i>havesfiero</i>	<i>fufiero</i>

Plusquamperf. II.

habuiffem *fuiiffem*

Sing.

<i>havrei</i>	<i>farei</i>
<i>havresti havuto</i>	<i>faresti ftato, a.</i>
<i>hayrebbe,</i>	<i>farebbe</i>

Plur.

Plur.

havremmo	faremmo
havreste havuto	fareste, stati, e,
havrebbero	farebbono.

Inter plusquamperfectum primum & secundum eadem est differentia, quæ inter duo imperfecta modo dicta.

NOTA.

Solent Itali loco utriusque plusquamperfecti conjunctivi eleganter uti imperfecto indicativi, ut: *se Giuda non tradidit Christo - al certo non si disperava*; *pro si Giuda non avesse tradito Christo, non si farebbe disperato*. Si Judas non tradidisset Christum verè non desperasset.

Futurum simplex.

<i>habueto</i>	<i>fuero.</i>
----------------	---------------

Sing.

havrò	farò
havrai	farai
avrà,	farà,

Plur.

havremo	faremo
havrete	farete
avranno	faranno.

Futur.

Futurum compositum.

habuero fuero.
Sing.

havrò farò
 havrai havuto farai stato, a.
 havrà farà

Plur.

havremo faremo
 havrete havuto farete stati, e.
 havranno faranno

Infinitivus

Præsens & Imperfect.

habere esse
havere essere.

Perf. & plusqu.

habuisse fuisse
haber havuto essere stato, a.

Futurum

habiturum futurum esse.

haver ad
 esser per haver essere
 dover

Gerundia.

habendi d'havere d'essere

habens

habendo

habendo

essendo.

Participium.

habens

havente vel habendo, essendo.

Prater.

havuto

stato

havendo havuto

essendo stato.

De Conjugationibus Verborum.

Quatuor sunt Italice uti & Latine conjugationes verborum, divise in primam, secundam, tertiam, & quartam. Prima habet infinitivum in *are*, ut: *amare*, secunda in *ere* longum ut: *temere*, tertia in *ere* breve ut: *leggere*, quarta in *ire* longum ut: *sentire*.

Tertiam conjugationem hic non inferemus, cum sit secundæ in omnibus similis, excepto infinitivo in *ere* breve, perfecto simplici, & participio, quæ plerumquæ sunt irregularia, ut infra videbitur de tertia conjugatione & ejus irregularibus.

Indi-

Indicativi Praesens

<i>Amo</i>	<i>Timeo</i>	<i>Audio</i>
I.	II.	IV.
	III.	

Sing.

<i>Amo</i>	<i>Temo</i>	<i>Sento,</i>
<i>ami</i>	<i>temi</i>	<i>fenti,</i>
<i>ama</i>	<i>teme</i>	<i>sente,</i>

Plur.

<i>amiamo</i>	<i>temiamo</i>	<i>sentiamo</i>
<i>amate</i>	<i>temete</i>	<i>sentite</i>
<i>amano</i>	<i>temeno</i>	<i>sentono.</i>

Regulariter primæ personæ numeri pluralis, terminari deberent in *amo*, *emo* & *imo*, ut: *amamo*, *tememo*, *scribemo*: *sentimo*, usus tamen apud modernos maximè Romanos obtinuit, ut universim & indifferenter terminentur in *iamo*: *amiamo*, *temiamo*, *scribiamo*, *sentiamo*.

Imperf.

<i>amabam</i>	<i>timebam</i>	<i>audiebam</i>
---------------	----------------	-----------------

Sing.

<i>amavo</i>	<i>timevo</i>	<i>sentivo</i>
<i>amavi</i>	<i>timevi</i>	<i>sentivi</i>
<i>amava</i>	<i>timeva</i>	<i>sentiva</i>

Plur.

Plur.

amavamo	remevamo	sentivamo
amavate	temevate	sentivate
amavano	temevano	sentivano.

Perfectum simplex.

<i>amavi</i>	<i>timui</i>	<i>audiui.</i>
--------------	--------------	----------------

Sing.

amai	tamei	sentii
amasti	temesti	sentisti
amò	temè	sentì.

Plur.

amanimo	tememmo	sentimmo
amaste	temeste	sentiste
amarono	temerono	sentirono.

Perf. comp.

<i>amavi</i>	<i>timui</i>	<i>audiui.</i>
--------------	--------------	----------------

Sing.

hò		
hai amato,	temuto,	sentito
hà	<i>Plur.</i>	

habbiamo

havete amato, temuto, sentito;

hanno

Quomodo differat perfectum simplex à composito, vide auxiliaria.

NOTA.

Parricipia à verbis auxiliaribus elegantè posse disjungi ut: Io non hò

C

mai

mai da che dimoro in Roma, nè seduto,
 nè sentito caso simile, ex quo mo-
 ror Romæ nec vidi nec audivi unquam
 casum similem.

Plusquamperf.

ama~~veram~~ timueram audi~~veram~~
Sing.

havevo
 havevi amato, temuto, sentito,
 haveva

Plur.

havevamo
 havevate amato, temuto, sentito
 havevano

Futurum,

amabo, timebo, audiam.

Sing.

amarò temerò sentirò
 amarai temerai sentirai
 amarà, temerà sentirà.

Plur.

amaremo temeremo sentiremo
 amarete temerete sentirete
 amaranno temeranno sentiranno

Imperat.

amà, time, audi.
Sing.

	<i>Sing.</i>	
ama	temi	sentitù
ami	tema	sentà lui.

Plur.

amiamo	temiamo	sentiamo noi
amate	temete	sentite voi
amino	temano	sentano loro.

Futurum

<i>amato</i>	<i>temeto</i>	<i>audito tu.</i>
--------------	---------------	-------------------

Sing.

amarai	remerai	sentirai tu.
amarà	temerà	sentirà lui.

Plur.

amaremo	temeremo	sentiremo noi
amarete	temerete	sentirete voi
amaranno	temeranno	sentiranno loro.

Opt. & Subjunct.

<i>amem</i>	<i>timeam</i>	<i>audiam.</i>
-------------	---------------	----------------

Sing.

ami	tema	sentà
ami	temi	sentì
ami	tema	sentà

Plur.

amiamo	temiamo	sentiamo
amiate	temiate	sentiate
amino	temano	sentano

C 2

Imperf.



Imperf. I.

amarem timerem audirem

Sing.

amassi temessi sentissi
 amasti temesti sentisti
 amasse temesse sentisse

Plur.

amassimo temessimo sentissimo
 amaste temeste sentiste
 amassero temessero sentissero.

Imperf. II.

amarem timerem audirem.

Sing.

amarei temerei sentirei
 amaresti temeresti sentiresti
 amarebbe temerebbe sentirebbe,

Plur.

amaremmo temeremmo sentiremmo
 amaresti temereste sentireste
 amarebbono temerebbono sentireb-
 [bono.]

Perf.

amauerim timuerim audierim.

Sing.

habbia
 habbi amato temuto sentito,
 habbia

Plur.



Plur.

habbiàmo
 habbiate amato, temuto, sentito
 habbiano

Plusquamperf. I.

amavissim timuissim audiavissim

Sing.

havesfi
 havesti amato temuto sentito
 haveffe

Plur.

havesfimo
 haveste amato temuto sentito
 haveffero

Plusquamperf. II.

amavissim timuissim audiavissim

Sing.

havrei
 havresti amato temuto sentito
 havrebbe

Plur.

havremmo
 havreste amato temuto sentito
 havrebbono

De differentia inter imperfectum &
 plusquam perfectum, primum & se-
 cundum, vide verba auxiliaria.

C 3

Futu-



Futurum simp.

ama~~ro~~ero timuero audi~~ro~~ero

Sing.

amarò temerò sentirò
amarai temerai sentirai
amarà temerà sentirà.

Plur.

amaremo temeremo sentiremo
amarete temerete sentirete
amaranno temeranno sentiranno.

Futur. comp.

ama~~ro~~ero timuero audi~~ro~~ero,

Sing.

havrò
havrai amato, temuto, sentito,
havrà

Plur.

havremo
havrete amato, temuto, sentito.
havranno

Infinitiv. Praes. & Imp.

amare timere audire.

amare temere sentire.

Perf. & Plusquamperf.

ama~~ro~~isse timuisse audi~~ro~~isse

haber amato temuto sentito.

Futu-

Futurum.

amaturum auditurum esse.

haber ad
 esser per amare, temere, sentire
 dover

Gerundia.

<i>amandi</i>	<i>timendi</i>	<i>audiendi</i>
di amare	temere	sentire
<i>amando</i>	<i>timendo</i>	<i>audiendo</i>
amando	temendo	sentendo
<i>amandum</i>	<i>timendum</i>	<i>audiendum</i>
ad amare	à temere	à sentire.

Particip. pres.

<i>amans</i>	<i>timens</i>	<i>audiens</i>
amante	temente	sentente

Vel

amando	temendo	senrendo
--------	---------	----------

Partic. prat.

havendo amato, temuto sentito

Partic. fut.

<i>amaturus</i>	<i>auditurus</i>
-----------------	------------------

essendo per amare, temere, sentire.

Quæ pertinent ad infinitivum,
 infra reperies post verba reciproca.

De formatione temporum.

A B infinitivis verborum regulari-
 um formari possunt sequentia
 tempora

C 4

I.Im-



I.

Imperfectum modi indicativi mutato *re* in *vo*, ut: *amare, amavo, temere temevo, scribere scribevo, sentire sentivo.* II.

Perfectum simplex primæ secundæ & quartæ conjugationis, mutato *re* in *i*, ut: *amare amavi, temere temei, sentire sentii.*

III.

Futurum indicativi mutato *re* in *ro*, transposito accentu ad ultimam syllabam ut: *amare amaro temere temero, scribere scribero, sentire sentiro*, à quo deinde formatur Imperfectum secundum Optativi seu Subjunctivi, mutato *ro* in *rei*, ut: *amaro amarei, temero temerei, scriberoi, sentirei.*

Excipe nonnulla quæ in futuro & imperfecto prædicto patiuntur synco-
pen, ut:

dolere	dorrò	dorrei
haverè	havrò	havrei
ponere	porrò	porrei
sapere	saprò	saprei
sciogliere	sciorrò	sciorrei.
tenere	terrò	terrei
vedere	vedrò	vedrei
volere	vorrò	vorrei &c.

Pro

Pro *dolerò, ponerò, poterò, saperò, scioglerò, & ederò, &olerò.*

IV

Imperfect. secundum, optat. & subjunct. addita litera *i*, ut: *amare amarei, temere temerei, scribere scribereti, sentire sentirei.*

V.

Præteritū participii, mutato primæ & quartæ conjugationis *re* in *to*, ut: *amare amato, sentire sentito*, secundæ conjug. *ere* in *uto*, ut: *temere temuto.*

Ex quo præterito participii & alterutro auxiliari *habere* vel *essere*, formantur omnia præterita composita, ut: *Hò, habeo, habia, habessi, haberi, habero, haber amato, temuto, letto, sentito; sono, ero, sia, fussi, sarei, sarò, esser andato, & inuto, stato.*

EXCIPE.

Tertiam conjugationem & irregularia reliquarum, quæ partim in perfectis simplicibus, partim in præteritis participii, non sequuntur hunc modum formandi tempora.

Conjunct. formatur à prima persona præsentis indicativi sing. num. mutato

C 5

primæ



primæ conjugationis o. in i. nt: amo
ami, Reliquarum o in a, ut: temo te.
ma, leggo legga, sento senta.

Excipe verba Auxiliaria Ho, habbia,
sono, sia, & monosyllaba do dia, fo fac.
cia, sto stia, so sada.

*De prima Conjugatione &
ejus irregularibus.*

Primæ conjugationis verba habent
infinitivum in are, perfectum sim-
plex in ai, præter. participii in ato, ut:
amare amai amato, exceptis quatuor
sequentibus quæ in quibusdam sunt
irregularia.

Irregularia.

Dare Fare Stare Andare

Indicativi Præsens.

Do	Facio	Sto	Eo.
Dò	fo	stò	vò.
dai	fai	stai	vai.
dà	fà	stà	và.
diamo	faciamo	stiamo	andiamo
date	fate	state	andate
danno	fanno	stanno	vanno.
Dabam	Faciebam	Stabam	Andiebã
davo	facevo	stavo	andavo
			davi



davi	facevi	stavi	andavi
dava	faceva	stava	andava
davamo	facevamo	stavamo	andavamo
davate	facevate	stavate	andavate
davano.	facevano.	stavano	andavano.

<i>Dedi</i>	<i>Feci</i>	<i>Steti</i>	<i>Ixi</i>
diedi	feci	stetti	andai
desti	facesti	stesti	andasti
diede	fece	stette	andò
demmo	facemmo	stemmo	andammo
deste	faceste	steste	andaste
diedero.	fecero.	stettero	andarono.

<i>Dedi</i>	<i>Feci</i>	<i>Steti</i>	<i>Ixi.</i>
hò		sono	
hai dato, fatto		sei stato, a,	andato, a.
ha		è	
abbiamo		siamo,	
havete dato, fatto,		sete stati, e,	andati, e.
hanno		sono	

<i>Dederā</i>	<i>Feceram</i>	<i>Steteram</i>	<i>Ixeram</i>
havevo.		ero	
havevi dato, fatto,		eri stato, a,	andato, a.
haveva		era	
havevamo		eravamo	
havevate dato, fatto,		eravate stati, e, a dati, :	
havevano		erano	

<i>Dabo</i>	<i>Faciam</i>	<i>Stabo</i>	<i>Ibo</i>
darò	farò	starò	andarò



darai	farai	starai	andarai	
darà	farà	starà	andarà.	
daremo	faremo	staremo	andaremo	
darete	farete	starete	andarete	
daranno	faranno	staranno	andaranno.	
<i>Da</i>	<i>Fac</i>	<i>Sta</i>	<i>I</i>	
dà	fà	stà	và	tù
dia	faccia	stia	vada	lui
diamo	facciamo	stiamo	andiamo	noi
date	fate	state	andate	voi
diano	facciano	stiano	vadano	loro
<i>Dato</i>	<i>Fatto</i>	<i>Stato</i>	<i>Ito</i>	
darai	farai	starai	andarai	tù
darà	farà	starà	andarà	lui
daremo	faremo	staremo	andaremo	noi
darete	farete	starete	andarete	voi
daranno	faranno	staranno	andaranno	loro
<i>Dem</i>	<i>Faciam</i>	<i>Stem</i>	<i>Eum.</i>	
dia	faccia	stia	vada	
dii	facci	stia	vadi	
dia	faccia	stia	vada	
diamo	facciamo	stiamo	andiamo	
diate	facciate	stiate	andiate	
diano	facciano	stiano	vadano.	
<i>Darem</i>	<i>facerem</i>	<i>starem</i>	<i>irem</i>	
dasfi	facesfi	stasfi	andasfi	
dasti	facesti	stasti	andasti	

dasse

dasse faceffe stasse andasse, &c.
darei farei starei andarei &c.

Et sic deinceps secundum inflexio-
nem verbi auxiliaris habere, cum par-
ticipiis dato fatto, & verbi essere cum
partic. stato andato.

Participia I. Conjugationis

qua patiuntur Syncopen.

acconciato	acconcio	compositus
adornato	adorno	ornatus
asciuttato	asciutto	ficcus
auvezzato	auvezzo	affluetus
caricato	carico	onustus
destato	desto	excitatus
fermato	fermo	firmus
francato	franco	immunis
gonfiato	gonfio	tumidus
guastato	guasto	corruptus
lacerato	lacero	lacer
macerato	macero	maceratus
manifestato	manifesto	manifestus
mozzato	mozzo	mutilatus
nettato	netto	mundatus
pagato	pago	solutus
pistato	pisto	contritus
privato	privato	privatus
restato	resto	residuus

C 7

scorria



<i>scemato</i>	<i>scemo</i>	diminutus
<i>scanciato</i>	<i>scancio</i>	abortus
<i>seccato</i>	<i>secco</i>	ficcus
<i>sgombrato</i>	<i>sgombro</i>	fugatus
<i>stancato</i>	<i>stanco</i>	defessus
<i>toccato</i>	<i>tocco</i>	tactus
<i>troncato</i>	<i>tronco</i>	recisus
<i>trovato</i>	<i>trovo</i>	inventus
<i>scotato</i>	<i>scoto</i>	vacuus.

*De secunda Conjugatione,
& ejus irregularibus.*

SECUNDA conjugationis Verba habent infinitivum in *ere* longum, perf. simplex in *ei*, præteritum participii in *uto* ut: *temere, temei, temuto.*

Excipe Sequentia Irregularia,

<i>cado</i>	<i>cadere</i>	cado
<i>debo</i>	<i>debere</i>	debeo
<i>dolgo</i>	<i>dolere</i>	doleo
<i>paio</i>	<i>parere</i>	videor
<i>piaccio</i>	<i>piacere</i>	placeo
<i>persuado</i>	<i>persuadere</i>	persuadeo
<i>posso</i>	<i>potere</i>	possum
<i>rimango</i>	<i>rimanere</i>	rimaneo
<i>tengo</i>	<i>tenere</i>	teneo



sò	sapere	scio
soglio	solere	soleo
scoglio	salere	valeo
vedo	vedere	video
voglio	volere	volo.

Cadere.

Cecidi

caddi	cadesti	cadde
cademmo	cadeste	caddero
sono	caduto	&c.

Dovere.

Debeo.

devo	devi	deve
doviamo	dovete	devono,
<i>debi</i>		

dovei	dovesti	dove
dovemmo	doveste	doverono
hò dovuto, &c.		

debeam

deva vel debba,	devi	deva
doviamo	doviate	devano.

Dolere.

Doleo.

mi dolgo. ti duoli, si duole
ci dogliamo, vi dolete, si dolgono.

dolere

dolui

mi dolfi ti dolesti fi dolse
ci dolemmo, vi doleste, si dolsero
mi son doluto, &c.

dolebo

mi dorro dorrai dorrà
ci dorremmo, &c.

dole

dolti tù dolga si lui
èogliamoci noi, doletevi voi,
dolganfi loro.

doleam

mi dolga ti dogli si dolga
ci dogliamo vi dogliate si dolgano

dolerem.

mi dolessi, &c.
mi dorrei, &c.

Parere

Videor

paio	pari	pare
paiamo	parete	paiono,

visus sum

parui	pareffi	parue
paremmo	pareste	paruero
sono parso, &c.		

Videre tu

pari tu paia lui

paiamo

paiamo noi parete voi paiano loro.

Videbor

parcrò, &c.

Videar

paia

paia

paia

paiamo

paiate

paiano

Piacere.

Placeo

piaccio

piaci

piace

piacciamo

piacete

piacciono.

placui

piacqui

piacesti

piacque

piacemmo

piaceste

piacquero

sono piaciuto, &c.

place

piaci tu piaccia lui

piacciamo noi piacete voi piacci
ano loro.

placeam

piaccia

piacci

piaccia

piacciamo

piacciate

piacciano

Eodem modo inflectuntur *giaccio*,
taccio, quorum *c.* simplex ante sim-
plicem vocalem geminatur ante du-
plicem, ut: *piace*, *giace*, *tace*, *piacete*,
giacete, *sacete*, *piacciono*, *tacciono*,
giacciono.

Per-

Persuadere.

persuasi

persuasi persuadesti persuase
 persuademmo persuadeste persuasero.
 hò persuaso, &c.

Potere.

Possum

posso puoi può
 possiamo potete possono.

potui

potei potesti potè
 potemmo poteste poterono
 hò potuto &c.

potero

potrò, &c.
 possa possi possa
 possiamo possiate possano.

Rimanere.

Maneo.

rimango rimani rimane
 rimaniamo rimanete rimangono.

mansi

rimasi rimanesti rimase
 rimaneño rimaneste rimasero.
 sono rimasto, &c.

manebo

rimarrò rimarrai rimarrà
 rimar.

rimarremo rimarrete rimarranno.

mane

rimani tù rimanga lui
rimaniamo noi, rimanete voi, riman-
gano loro.

maneam

rimanga rimanghi rimanga
rimaniamo rimaniate rimangano,

Sapere.

Scio

sò sai sà
sapiamo sapete sanno.

sciebam

sapevo &c.

scivi

seppi sapesti seppe
sapemmo sapeste seppero.

hò saputo &c.

sciam

sapro &c.

scias tù

sappi tù, sappia lui.
sappiamo noi, sapete voi, sappiano loro

sciam

sappia sappi sappia
sappiamo sappiate sappiano.

Solere



Solere

Soleo

foglio	suoli	suole
fogliamo	solete	fogliano.
<i>solebam</i>		
solevo &c.		

In præteritis compositis uicetur auxilio verbi *sono* & participio *solito*, more passivorum, ut: *Sono stato solito*, à præsentis indicativi *sono solito*, *ero solito*, *soleo* *solebam*.

Tenere

Teneo

tengo	tieni	tiene
teniamo	tenete	tengono.
<i>tenni</i>		

tenni	tenesti	tenne
tenemmo	teneste	tennero
hò tenuto, &c.		

tenebo

terrò	terrai	terrà
terremo	terrete	terranno.

tene

tieni tu	tenga lui
teniamo noi, tenete voi, tengano loro.	

teneam

tenga	tenghi	tenga
teniamo	teniate	tengano.

Vale

5(69)50

Valere

Valeo

vaglio	vali	vale
vogliamo	valetе	vagliano

Valui

valsi	valesti	valse
valemmo	valeste	valsero.

sono valuto &c.

Vale

vali tu vaglia lui [loro.]
vogliamo noi, valetе voi, vagliano

Vedere

Video

vedo	vedi	vede
vediamo	vedete	vedono.

Vidi

viddi	vedesti	vidde
vedemmo	vedeste	viddero.

hò veduto &c.

Volere

Volo

voglio	vuoi	vuole
vogliamo	volete	vogliono.

Volui

volsi	volesti	volse
volemmo	voleste	volsero.

Volam

Solam

vorro	vorrai	vorra
vorremo	vorrete	vorranno,

Selim

voglia	vogli	voglia
vogliamo	vogliate	vogliano,

De tertia Conjugatione.

Tertia conjugatio ut supra diximus, est similis secundæ, excepto infinitivo in *ere* breve, perfecto simplici, & præterito; participii, de quibus nota sequentia. Illa verba quæ habent perfectum simplex in *si*, præcedente alia consonante, quæ non sit *s*. formant participium in *to*, ut:

<i>accingo</i>	<i>accinsi</i>	<i>accinto</i>	<i>accingo</i>
<i>accorgo</i>	<i>accorsi</i>	<i>accorto</i>	<i>adverto</i>
<i>colligo</i>	<i>colsi</i>	<i>colto</i>	<i>colligo</i>
<i>extinguo</i>	<i>extinsi</i>	<i>extinto</i>	<i>extinguo</i>
<i>fingo</i>	<i>finsi</i>	<i>finto</i>	<i>fingo</i>
<i>giungo</i>	<i>giunsi</i>	<i>giunto</i>	<i>accedo</i>
<i>mungo</i>	<i>munsi</i>	<i>munto</i>	<i>mungo</i>
<i>piango</i>	<i>piansi</i>	<i>pianto</i>	<i>fleo</i>
<i>pingo</i>	<i>pinxi</i>	<i>pinto</i>	<i>pingo</i>
<i>porgo</i>	<i>porxi</i>	<i>porto</i>	<i>porrigo</i>
<i>pungo</i>	<i>punxi</i>	<i>punto</i>	<i>pungo</i>

ſceptis

sceglia	scelsi	scelto	feligo
sioglio	siolsi	sciolto	solvo
scorgo	scorsi	scorto	adverto
spegno	spensi	spento	extinguo
spingo	spinsi	spinto	trudo
suella	suelsi	suelto	evello
tingo	tinsi	tinto	tingo
toglio	tolsi	tolto	aufero
volgo	volsi	volto	verto
ungo	unsi	unto	ungo.

Excipe sequentia, quæ habent participium in so,

ardo	arsi	arsa	ardeo
corro	corsi	corso	curro
mordo	morsi	morsa	mordo
spargo	sparsi	sparsa	spargo
tergo	tersi	tersa	tergo

Quæ habent perfectum simplex in si, formant participium in to,

affliggo	afflissi	afflitta	affligo
conduco	condussi	condotta	conduco
cuoco	coffi	cotta	coquo
dico	dissi	detto	dico
distruggo	distrussi	distrutto	destruo
leggo	lessi	letto	lego
veggo	ressi	retto	rego
scrivo	scrissi	scritto	scribo

strug

Excipe sequentia quæ mutant *si*
in *so*.

<i>affigo</i>	<i>affise</i>	<i>affitto</i>	<i>affigo</i>
<i>fendo</i>	<i>fesse</i>	<i>fesso</i>	<i>scindo</i>
<i>figgo</i>	<i>fissi</i>	<i>fisso</i>	<i>figo</i>
<i>muovo</i>	<i>moſſe</i>	<i>moſſo</i>	<i>moveo</i>
<i>vivo habet</i>	<i>viſſe</i>	<i>viſſuto</i>	<i>vivo</i>

Quæ habent vocalem ante *ſi*, for-
mant participium in *ſo*, ut:

<i>accendo</i>	<i>acceſſe</i>	<i>acceſſo</i>	<i>accendo</i>
<i>appendo</i>	<i>appeſe</i>	<i>appeſo</i>	<i>appendo</i>
<i>aſſiedo</i>	<i>aſſiſe</i>	<i>aſſiſo</i>	<i>aſſideo</i>
<i>confondo</i>	<i>confuſe</i>	<i>confuſo</i>	<i>confundo</i>
<i>diffondo</i>	<i>diffuſe</i>	<i>diffuſo</i>	<i>diffundo</i>
<i>divido</i>	<i>diviſe</i>	<i>diviſo</i>	<i>divido</i>
<i>intendo</i>	<i>inteſe</i>	<i>inteſo</i>	<i>intelligo</i>
<i>pendo</i>	<i>peſe</i>	<i>peſo</i>	<i>pendo</i>
<i>prendo</i>	<i>preſe</i>	<i>preſo</i>	<i>accipio</i>
<i>rado</i>	<i>raſe</i>	<i>raſo</i>	<i>rado</i>
<i>rendo</i>	<i>reſe</i>	<i>reſo</i>	<i>reddo</i>
<i>rido</i>	<i>riſe</i>	<i>riſo</i>	<i>rideo</i>
<i>ſcendo</i>	<i>ſceſſe</i>	<i>ſceſſo</i>	<i>deſcendo</i>
<i>ſuſpendo</i>	<i>ſoſpeſe</i>	<i>ſoſpeſo</i>	<i>ſuſpendo</i>
<i>ſpendo</i>	<i>ſpeſe</i>	<i>ſpeſo</i>	<i>expendo</i>
<i>uccido</i>	<i>uccife</i>	<i>uccifo</i>	<i>occido</i>

EXCIPE

<i>chiedo</i>	<i>chieſe</i>	<i>chieſto</i>	<i>peto</i>
			<i>metto</i>

metto	miſi	meſſo	pono
naſcondo	naſcoſi	naſcoſto	abſcondo
rimango	rimaſi	rimaſto	remàneo
riſpondo	riſpoſi	riſpoſto	reſpondeo.

Sequentia imitantur in omnibus
ſecundam conjugationem excepto ſo-
lo infinitivo in ere breve

battere	battei	battuto	verbero
bevere	bevei	bevuto	bibo
credere	credei	creduto	credo
mietere	metei	metuto	mieto
perdere	perdei	perduto	perdo
premere	premei	premuto	premo.
ricevere	ricevei	ricevuto	recipio.
vendere	vendei	venduto	vendo.

*Inflexio Irregularium ter-
tia Conjugationis.*

Crescere.

Cresco

creſco	creſci	creſce
creſciamo	creſcete	creſcono
creſci		
crebbi	creſceſti	crebbe
creſcemmo	creſceſte	crebbero.
ſono creſciuto, &c.		

D

Dirè



Dire

Dico

dico	dici	dice
diciamo	dite	dicono,

dixi

disi	dicesti	disse
dicemmo	diceste	differo.

hò detto, &c.

dicam

dirò	dirai	dirà
diremo	direte	diranno

dic

di tu	dica lui	
-------	----------	--

diciamo noi, dite voi, dicano loro.

dicam

dica,	dichi,	dica
diciamo	diciate	dicano,

Conoscere

Cognosco

conosco	conosci	conosce
conosciamo,	conoscete,	conoscono.

cognosxi

conobbi	conoscesti	conobbe
conoscemmo	conosceste,	conobbero

hò conosciuto, &c.

cognoscam

conoscerò, &c,

cognosce

cognosce

conosci tu, conosca lui
 conosciamo, conosciate, conoscano.

Condurre

Conduco

conduco conduci conduce
 conduciamo conducete conducono.

conduxi

condussi conducesti condusse
 conducemmo conduceste condussero,
 hò condotto, &c.

conducam

condurrò, &c.

conducam

conduca conduchi conduca
 conduciamo conduciate conducano

Nascere

Nascor

nasco nasci nasce
 nasciamo nascete nascono.

